Commissarios deligendum esse putavimus quare Fid. Tuae committimus et mandamus communicata cum Commissarijs quorum nomina praefatus N. Fid. Tuae declarabit die et tempore quod ipse Fid. Tuae delegerit ad eum locum in quo finium contra agri descendatis atque una cum illis provideat operamque detis ut recte iuste et ex consuetudine bona praefata distinguantur. Facturam Fid. Tuam pro gratia nostra Datum etc.

Assessoria ad diuideri bona

Magce etc. Expositum est nobis pro parte Generosi N. qualiter a vobis fuisset quaedam Commissio impetrata et obtenta pro parte Nobilis N. in personas quorundam Consiliariorum nostrorum videlicet N. et N. quorum Judicium praefatus Generosus N. ex certis causis et rationibus reformidat pro quibus nobis supplicatum est ut illis de remedio iuris opportuno providere dignaremur quorum supplicationi ut pote iustae annuentes Vos de quorum fide prudentia et virtute confidimus praefatis Commissarijs ad praedictae causae determinationem adiungendum duximus adiungimusque tenore praesentium et tam vobis quam illis coniunctim committimus Mandantes ut convenientes in unum vocatisque partibus pro termino competenti auditisque eorum propositionibus et responsis id quod aequum et iustum fuerit decernatis Et si ad bonorum divisionem procedendum fuerit procedatis, et in ea quidcui de iure venerit sive spectaverit assignetis iubemus autem vobis ne alter sine altero ad causae eiusmodi decisionem procedere audeant sed simul in ea procedant eamque terminent unius utriusque absentia non obstante

Assessoria ad iudicandum

Supplicatum est nobis pro parte Generosi N. ut pro celeriori et evidentiori eius expeditione et iustitia facilius cognoscenda et ex aequo administranda pro meliori cognitione et decisione causae quam habet in Judicio nostro Tem. cum quibusdam N. et N. Assessores Judicio nostro autoritate nostra adiungeremus Nos itaque petitioni huiusmodi honestae et rationabili annuentes ad praefatae causae cognitionem et determinationem Generosos N. et N. adiungendos pro assessoribus duximus prout adiungimus Committendo eisdem ut una vobiscum causam praefatam inter dictas partes audiatis eamque propositionibus allegationibus et responsionibus cognoscant et per Sententiam terminent Vobis autem inhibemus ut ad negotium eiusdem causae sine praefatis designatis Assessoribus procedere aut aliquid in ipsa causa terminari audeatis pro gratia nostra etc.

Confirmatio ammissi Priuilegij

392

Generosis etc. Comparens coram nobis Nobilis N. Advocatus Villae
nrae N. Exposuit quod Privilegium originale Advocatiae seu Scul-
tetiae suae annis superioribus cum Tartari terras nostras Russiae
vastarent esset amissum supplicavitque nobis humiliter ut sibi
aliud novum concedere et dare dignaremur Nos vero veritatem
eius rei secundum statutum Corūis Regni intelligere volen. vobis
de quorum integritate et iurisperitia confidimus plurimum commit-
timus praesentibus Mandan. quatenus captato aliquo certo die
et tempore opportuno ad praedictam Villam nram N. descendatis
Ibidemque N. in conspectum vrum vocato eidem testes viros proba-
tae fidei coram vobis de paemissione praedicti Privilegii et literarum
continentiis statuere mandetis A quibus de causa amissionis eius-
dem Privilegii ac titullo, ac sigillo concessorum ac de singulis
ipsis conditionibus et articulis qui in eo continebantur et de omni-
bus circumstantiis necessariis ac summa capti si qua in eo erat
descripta iuramento ipsorum corporali mediante inquiratis et in-
telligatis Alias pensata qualitate et quantitate fructuum pro-
ventuum et redituum universorum et singulorum obventionum
dictae Advocatiae et in quorum possessione et usufructu idem Advocatus
et praedecessores sui fuerunt eandem aestimetis et taxetis Esti-
mationemque et taxationem vram huiusmodi et alia cognitu neces-
saria ac opportuna nobis per literas vras sigillis vris muni-
tas et obsignatas ac alia omnia quae in praemissis feceritis
nobis describere curetis Pro gratia nra etc.

Alio tenore.

Quamvis Maiores nri Advocatiam haereditariam in Villa
nra N. de manibus Advocatorum iuxta contractum cum eisdem
factum pro mensa nra Regia pro Ducentis marcis exemerit quia
tamen in literis originalibus praedictae Advocatiae summa non conti-
netur expressa Nolentesque ipsis Advocatis in aliquo per nos
vel per praefatum Capitaneum nrum praeiudicari aut etiam plus
quam sit solvere nobis aliquam iacturam inferri Vobis de quo-
rum fide et integritate confidimus negotium eius rei committen
duximus et committimus praesentibus Mandan. ut certo die captato
ad locum competen. una convenientibus ipsosque Advocatos cum Privi-
legio originali et alios quorum interest ad sui praesentiam vo-
cetis et pensatis eiusdem Advocatiae fructibus et annuis provem-
tibus eam iuxta Statutum Coūi Regni taxetis taxamque huius-
modi per Capitaneum nrum reponi per praefatos vero Advocatos tolli
ac levari et de ipsa Advocatia condescendi mandetis In quorum fidem etc.

Commissio super iniuriis cognoscen.

Reverendo etc. Cum iam tandem inter Serenissimum Poloniae Re-
gem et nos Conventum sit ut a nobis hic inde designati Commissarii